UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tabvlae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis

Qvarta Navfragii Tabvla Seu Echo Concionvm Aliqvot, Qvæ Blattarum inclementiam euasêre, de Dominicis & Festis

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1618

Apographum Licentiæ prælati.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56172

Visual Library

Apographum Licentiæ prælati.

FRater Ioannes Neyen Ord. Minorum Reg. Obſeru. Reuerendiſsimi Patris Generalis Miniſtri, ſuper Belgicas Prouincias, nec non Coloniæ, Argentinæ, atque Hyberniæ, cum plenitudine poteſtatis Commiſſarius Generalis, Venerando admodum in Christo Patri Fratr. Philippo Boſquiero Prouinciæ noſtræ Flandriæ Sacerdoti, Prædicatori, Confeſſ. & S. Theologiæ Profeſſori ſalutem in Domino.

Quandoquidem video paſsim magno doctorum adplauſu recepta, quæ hactenus opera ſeu Latinè ſeu Gallicè edidiſti, imò & ipſum Pontificem ſummum Paulum V. Oratorem tuum Terræ ſanctæ gratum habuiſſe: idcircò Venerande Pater, non ſolum tibi licentiam, pergendi & noua cudendi, aut vetera recudendi facio, ſed & paternè te hortor, imò, & ad meritum obedientiæ, præcipio, vt ſcribas atque edas, quæcunq; tibi expedire videbuntur, ad gloriam Dei Opt. Max. Eccleſiæque Chriſtianæ vtilitatem, carique mihi erunt, quicunque tibi hac in re voluerint eſſe fautores. Vale & ora pro me. Datum Bruxellis, ſub meo chirographo, officijque mei ſigillo, 23. Iunij, 1607.

Fr. IOANNES NEYEN Com. Gen.

APO-